Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jakob Heinrich Baleke

Rectore Academiae Magnificentissimo, Serenissimo Principe Ac Domino, Domino Friderico, Dvce Et Principe Mecklenbvrgico Haereditario ... Domino Nostro Clementissimo. Ad Servatoris Orbis Ferias Natales, Redevntes, Et Deo Placenter, Ritvqve Christiano Celebrandas, Excitatvrvs, De Donationibvs Inter Conivges In Applicatione Ad Conivgivm Salvatoris Cvm Fidelibvs Mysticvm

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1755?]

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839042435/phys_0001
DFG

ZRB ME
05. AUG. 1999
entsäuert
Mk lb. ... 2966
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0002
Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0003

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839042435/phys_0004

DFG

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

DVCE ET PRINCIPE MECKLENBVRGICO HAEREDITARIO,
PRINCIPE VANDALORVM, SVERINI AC RACEBVRGI, COMITE ITEM SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE DYNASTA,

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.

AD
SERVATORIS ORBIS FERIAS NATALES,
REDEVNTES,
ET
DEO PLACENTER, RITVQVE
CHRISTIANO CELEBRANDAS,
EXCITATVRVS,
DE

DONATIONIBVS INTER CONIVGES

IN APPLICATIONE AD CONIVGIVM SALVATORIS CVM FIDELIBVS MYSTICVM,

DISSERIT
ACADEMIAE PRO-RECTOR
IACOBVS HENRICVS BALEKE
IVR. DOCT. ET COD. PROF. PVBL. ORDIN.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

1755 IV

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0005
DFG

Sancta eſt notio conjugii Chriſti cum fidelibus. Plena eſt ſcriptura utriusque foederis ſacra dictorum de ſponſo Chriſto et ſponſa eccleſia. Donatus nobis eſt ſalvator et ſe totum nobis ipſe donavit. Sed haec ſunt altioris ſphaerae theologicae. Mihi, ut JCTO, liceat hac occaſione de donationibus inter conjuges meditari et in fine piam facere applicationem de tempore. Sponſalia, in plurimis, differre ab ipſo matrimonio, tam notum eſt, quam quod notiſſimum. Non fert inſtituti mei ratio differentias ſigillatim adducere, quippe cum in illis explicandis jam ſpecialiter operam navarint B. SIBRAND *in diſſertat. de differentiis inter ſponſam et uxorem* ac B. BOEHMERVS *in diſp. de diverſo ſponſalium et matrimonii jure*, nec non *noſter* MANTZELIVS *in diſputat. de rationibus decidendi a benedictione ſacerdotali petitis*. Sufficit mihi hanc unicam allegare, quod donatio inter ſponſum et ſponſam valeat *L. 32. §. pen. de donat. int. vir. et uxor.*, inter conjuges vero durante matrimonio facta invalida ſit, *vid. Tot. Tit. C. et ff. de donat. int. V. et U.* quae prohibitio eo usque extenditur, ut, quod ante nuptias donatum, poſt nuptias redonari nequeat, *de* LEYSER *in Meditat. ad ff. Spec. CCCXII. Meditat. VII.* Num vero jure hodierno haec differentia, inter ſponſalia et matrimonium, adhuc locum habeat, eſt quaeſtio DD. valde perplexa atque impedita?

B. BOEHMERVS *in diſp. de ſtatu donationum inter Virum et Vxorem antiquo et hodierno* pro negativa ſententia ſtrenue pugnat. Argumenta, quibus illam probare ſtudet, ad haec redeunt; quod 1) divortiorum facilitas vel frequentiſſimus uſus in Germania ceſſet, et 2) juris Germanici principia, quae ſubſidiario juri Romano praeferenda, donationes inter V. et U. admittant. Sed licet non negandum ſit, quod haec momenta magnam prae ſe ferant ſpeciem, tamen me non poſſunt convincere.

Quod enim ad primum argumentum attinet, concedo, quod matrimonia in Germania debeant eſſe *ſancta, indiſſolubilia, perpetua*, ſicque apud nos non, uti apud Romanos obtinuit, fragilia fluxa et fere precaria ſint; concedere quoque poſſum, quod haec facilitas divortiorum primaria ratio iſtius prohibitionis fuerit. Aſt illam unicam fuiſſe nego. Audiatur B. *de* KLEIN *in diſput. de praeſumta donatione Cap.* I. *nr.* 113. *et ſeq. Ne,* inquit, *cum amor ſolis animis aeſtimandus ſit L.* 3. *ff. de donat. inter V. et U. matrimonia viderentur venalitia, uti loquitur JCtus Paulus in L.* 2. *ff. d. t. conjugumque concordia pretio conciliari, Vlpianus L.* 3. *ff. h. t. qua ratione eventurum eſt, ut altero donare nolente, lites orirentur inter conjuges et mutuato conjuges amore ſe invicem ſpoliarent L.* 1. *ff. h. t. L.* 31. § 7. *L.* 44. *L.* 5. §. 13. *ff. eod.* Ex hiſce ſatis pateſcit, rationem iſtius prohibitionis Romanae hodie non *in totum* ceſſare. Haud igitur quoque iſthaec diſpoſitio juris Romani ex hoc capite in Germania ceſſare debet *conf. laud.* BOEHM. *in Introd. in Jus digeſt. Tit. de Juſtit. et Jure* §. 6. *nr.* 2. Coincidunt ea, quae hac de quaeſtione ſcripta ſunt in SELECT. JVRID. ROSTOCH. *Faſcic. I. Specim. XXIV. Quaeſt. VI. p.* 188. Verba, ad quae reſpicio, ſunt haec: *Quamvis enim verum divortium difficulter fiat, tamen ſpoliari poſſunt conjuges amore, ut ut vivant in una domo.* Primum itaque argumentum BOEHMERIANVM negativam ſententiam non ſatis probat. Forſan autem alterum illam extra dubitationis aleam ponit.

Jus Romanum in Germania tantum eſſe ſubſidiarium, inficias iverit nemo. An vero Jus Suevicum et Saxonicum

ſunt illae leges patriae, quibus deficientibus demum ad jus Romanum confugiendum eſt? Hoc jam dudum refutatum eſt, vid. D. STEIN *in diſp. inaug. ſub praeſidio* MANTZELIANO *habit. de praerogativa Juris Germanici prae Romano.* Jmo ipſe RICCIUS, quam ſtrenuus quoque defenſor et propugnator juris germanici ſit, *in praeloquio Spicilegii jur. Germ.* his utitur verbis: *Subinde ſubdubitatur, an haec vel illa particula juris Germanici in ipſis rerum argumentis hic atque illic, vel in patria, ubi Jus Juſtinianeum inprimis regnare ſolet in judiciis, etiam uſu obtineat, inque actum deduci poſſit forenſem, quibus hic ſcrupulus haud melius ſolidiusque eximi poteſt, quam ſi* OPE LEGUM PATRIARUM VEL LEGIS ALICUIUS SINGULARIS AUT CONSUETUDINIS COMMONSTRETUR, *uſum forenſem vel univerſalem vel particularem doctrinis juris Germanici etiam hodie vel plane vel hoc illove ſaltem modo reſpondere.* Applicetur haec doctrina de uſu juris Germanici ad praeſentem materiam, et patebit, diſpoſitionem juris Romani de donationibus inter V. et U. ſalvam ac inconvulſam manere. Neque enim in legibus pragmaticis Germaniae puta Receſſibus imperii, nec in legibus noſtris Mecklenburgicis aliquid, imo ne volam ac veſtigium quidem, de hacce quaeſtione occurrere, eſt indubitatum. Conſuetudinem ſingularem quoque deficere arbitror, neminemque aliter ſentire judico. Qui enim ad illam provocare vellet, certe imo certiſſime in probandis ejus requiſitis deficeret.

Meo itaque judicio hoc quoque argumentum affirmativam ſententiam minime infringit. Erit igitur hodie adhuc in hac materia diſpoſitio juris Romani attendenda. Conſentiunt quoque mecum Jcti experientiſſimi *vid. de* LEYSER *alleg. loc, de* KLEIN *cit. l*, *de* WERNHER *in Select. Obſervat. Fore ;. Tom. II. Obſ.* 390., *Mev. P. VI. Dec.* 67., VOGT. *in diſputat de communione bonorum conjugali ſecundum Jus Lubecenſe*, das allgemeine Juriſtiſche Oraculum *Tom. XIV. pag.* 139. *Enunciat. LXXV.*, SELECT. JURID. ROSTOCH. *d. l.* Equidem BOEHMERUS *in alleg. diſp.* §. XXX. exiſtimat, quod hodie conjuges de revocandis donationibus non cogitent, quippe

eum revocatio cum concordia non ſubſiſtat, et haec regulariter perpetuo inter conjuges ſubſiſtere debeat, ſicque hodie caſus revocatae donationis non emergat. Sed nupere adhuc caſus quidam accidit, qui hiſce meis meditationibus anſam dedit. Vxor quaedam multis abhinc annis marito certam pecuniae ſummam matrimonio jam inito donaverat, in ipſo autem fere mortis articulo de illa pecunia aliter diſpoſuerat. Emergunt igitur omnino adhuc tales caſus, nec hoc mirum eſſe poteſt, cum in Teſtamento, altero conjuge inſcio condito, revocatio fieri queat, hocque modo alter non prius in iſtius revocationis notitiam perveniat quam poſt mortem revocantis.

Suboritur autem quaeſtio, num donatio inter V. et U per juramentum irrevocabilis reddi queat? Jure Canonico enim omne juramentum, quod ſalva ſalute aeterna ſervari poteſt, ſervandum eſt. Quamobrem etiam quaeſtio propoſita praeſertim argumento *c. 28. X. de jurej.* a BOEHMERO *d. l.* §. 29. affirmatur. Verum enim vero regulam illam, jure Canonico ſtabilitam, in praeſenti applicatione deſtitui, jam pluribus ſpecialiter docuit ac comprobavit LVDOVICI *in diſput. de genuino intellectu brocardici vulgaris: omne juramentum ſervandum eſſe, quod ſalva ſalute aeterna ſervari poteſt* §. *XII.* Argumentum illud *ex c. 28. X. de jurej.* a BOEHMERO pro affirmativa ſententia adductum negativam minime infringere poteſt. Eſt enim illud, quod *in hoc c.* de alienatione rei dotalis juramento corroborata ſancitum eſt, ſingulare et exorbitans. Exorbitantia autem ſunt reſtringenda, ſicque multo minus a caſu ad caſum extendenda. Potius deciſio negativa majus accipit pondus ex *c. 8. X. de donat. int. Vir. et Vxor.* Jn hoc enim ſedes hujus materiae quoad jus Canonicum eſt, et exceptio quaedam in illo textu quoque ſimul adducta reperitur, ſed illa, de qua quaeſtio eſt, non occurrit. Hinc quoque juxta vulgatum brocardicum: exceptio in caſu non excepto firmat regulam: ſtatuendum eſt, juramentum donationem iſtam haud irrevocabilem reddere poſſe.

Donatio

Donatio igitur inter V. et U. facta, licet juramento confirmata, jure etiam hodierno invalida eſt. Dantur interea varii caſus, in quibus valida judicanda. Enumerati ſunt illi a *ſaepe laudato* BOEHMERO *in cit. diſp.* §. *XXVI*, quibus adhuc addi poteſt donatio ab uxore marito ad conſequendam dignitatem academicam facta, quippe quae inter conjuges valet *per L.* 40. *ff. de donat. inter V. et U. ibique Brunnemann. add. L.* 21. *C. de donat. int. V. et U.* Certo reſpectu vero quoque caſibus a BOEHMERO adductis limitatio adjicienda eſſe videtur. Donationes enim ante mortem non revocatas valere *in cit.* §. *ſub* C) ſimpliciter abſque ulla reſtrictione aſſerit. Sed quid ſi poſt mortem concurſus oriatur, an donatio in conjugem collata et morte alterius confirmata ſubſiſtit? *de* LEYSER *in Med. ad ff. Spec. CCCXVII. Med. VIII.* illam tolli defendit. Fundamentum ſententiae LEYSERIANAE ab eo deſumtum eſt, quod donatio inter V. et U. ex morte demum donantis vim et firmitatem accipiat, perindeque igitur ſit, ac ſi moribundus demum donaret, is vero, quia obaeratus jam tempore mortis fuit, in fraudem creditorum donare non potuerit L. 17. §. 1. *quae in fraudem creditor.* Aſt quamvis revocatio donationis, quae ex *Tit. quae in fraud. credit.* fluit, haud requirat, ut donatarius fraudis particeps fuerit, tamen non locum poteſt habere, niſi donans fraudulenter donationem fecerit *argum.* §. 3. *Inſt. qui et ex quib. cauſ. manumittere non poſſ.* Si igitur donans tempore factae donationis haud in fraude fuit, valida manebit revocatione non facta, quippe cum haec haud ipſo jure fiat. Quæ cum ita ſint ſtatuo, quod donatio inter conjuges tempore, quo debitis haud obaerati fuerunt ſicque non fraudulenter egerunt, facta poſtea non revocata ſubſiſtat, licet poſt mortem concurſus oriatur. Fundamentum ſententiae LEYSERIANAE, quod donatio inter V. et U. *ſimpliciter* demum ex morte omnem vim accipiat, ex aliis quoque momentis facile dilui poſſe judico. Fac enim uxorem marito ſtante adhoc matrimonio ſummam pecuniae receptitiae ſtatim traditam donaſſe: fac porro hanc donationem non eſſe revocatam. Nonne a recta longe aberraret, qui decideret, quod uxoris haeredes nihilominus uſuras ſeu

fructus

fructus pecuniae aliusve rei receptitiae donatae a tempore factae donationis usque ad tempus mortis acciperent? Sed eum in modum decidendum eſſet, ſi aſſeri poſſet, quod donatio inter conjuges facta ante mortem non revocata *ſimpliciter* omnem firmitatem a morte demum donantis acciperet. BARDILI de quaeſtione hac *a* LEYSERO mota ſpecialem conſcripſit diſſertationem, ſed mihi non contigit illam conferre et perlegere.

Sufficiant haec de natura atque indole donationis inter conjuges. Jam mihi ad id, cujus cauſa haec potiſſimum conſcripta ſunt, perveniendum eſt. Feſtum illud, quod mihi per hocce programma more majorum indicendum eſt, concernit ferias natales ſervatoris noſtri, optato redeuntes. Per nativitatem hujus ſervatoris toti orbi donationem eſſe factam, qua nulla major concipi poteſt, indubitatum eſt et ſuperfluum eſſet pluribus probare. Statuitur autem inter Chriſtum et Chriſtianam eccleſiam conjugium. Sed haec donatio divina non poteſt dijudicari ſecundum principia juris civilis. Longe aliter potius ejus rationes comparatae ſunt. Validiſſima eſt et pleniſſimum producit effectum, dummodo a noſtra parte illud fiat, quod donationes haud prohibitae requirunt. Abſque acceptatione enim non valet donatio, quicquid dicat *de* LVDEWIG *in diſp. de barbaro annexu acceptationis in donatione*, cui jam ſatisfecerunt alii *vid. de* LEYSER *d. l. Spec. CCCCXXXIII. Med. VIII.* Sic etiam ea, quae generi humano per nativitatem Chriſti donata ſunt, haud poſſunt nobis proficere, niſi acceptatio accedat, quae conſiſtit in fide ſalvifica. Nolitis igitur, *Cives optimi!* huic acceptationi deeſſe, obſervanter atque humaniter rogo ac obteſtor.

P. P. SVB SIGILLO PRO-RECTORALI FER. I. NATAL. CHRISTI, A. MDCCLV.

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839042435/phys_0013
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0014
DFG

LBMV Schwerin
000 301 612
33

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0015

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839042435/phys_0016
DFG

itur inter V. et U. facta, licet juramento confir-
hodierno invalida eſt. Dantur interea varii
valida judicanda. Enumerati ſunt illi a *ſaepe*
RO *in cit. diſp.* §. *XXVI*, quibus adhuc addi
b uxore marito ad conſequendam dignitatem
a, quippe quae inter conjuges valet *per L.* 40.
V. et U. ibique Brunnemann. add. L. 21. *C. de*
. Certo reſpectu vero quoque caſibus a BOEH-
limitatio adjicienda eſſe videtur. Donationes
em non revocatas valere *in cit.* §. *ſub* C) ſim-
lla reſtrictione aſſerit. Sed quid ſi poſt mortem
r, an donatio in conjugem collata et morte
ata ſubſiſtit? *de* LEYSER *in Med. ad ff. Spec.*
VIII. illam tolli defendit. Fundamentum ſen-
ANAE ab eo deſumtum eſt, quod donatio inter
demum donantis vim et firmitatem accipiat,
r ſit, ac ſi moribundus demum donaret, is
ratus jam tempore mortis fuit, in fraudem
re non potuerit L. 17. §. 1. *quae in fraudem*
nvis revocatio donationis, quae ex *Tit. quae*
it, haud requirat, ut donatarius fraudis parti-
n non locum poteſt habere, niſi donans frau-
nem fecerit *argum.* §. 3. *Inſt. qui et ex quib.*
non poſſ. Si igitur donans tempore factae do-
fraude fuit, valida manebit revocatione non
haec haud ipſo jure fiat. Quæ cum ita ſint
tio inter conjuges tempore, quo debitis haud
icque non fraudulenter egerunt, facta poſtea
ſiſtat, licet poſt mortem concurſus oriatur.
ententiae LEYSERIANAE, quod donatio
pliciter demum ex morte omnem vim acci-
ue momentis facile dilui poſſe judico. Fac
rito ſtante adhuc matrimonio ſummam pe-
ſtatim traditam donaſſe: fac porro hanc
ſſe revocatam. Nonne a recta longe aberra-
quod uxoris haeredes nihilominus uſuras ſeu
fructus